

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Quattuor Euangelia usui lectionum missae adcommadata - Cod. Aug. perg. 207

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [9. Jahrh.]

Prologus: Lucas

[urn:nbn:de:bsz:31-60784](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-60784)

Nouissime. recumbentibus illis undecim apparuit. Et & probra-
uit incredulitatem illorum & duritiam cordis. qui ab his qui
uiderant eum resurrexisse. non crediderunt. Et dixit eis. Eun-
tes in mundum uniuersum. praedicate euangelium omni crea-
turae. Qui crediderit & baptizatus fuerit. saluus erit. Qui uero
non crediderit. condemnabitur. Signa autem eos qui credide-
rint. haec sequentur. In nomine meo demonia eicient. Linguis
loquentur nouis. serpentes tollent. Et si mortiferum quid
biberint. non eos nocebit. Super egros manus inponent. et
bene habebunt. Et dñs quidem ih̄s. postquam locutus est eis.
Adsumptus est in caelum. et sedet ad dextris dī. Illi autem pro-
fecti. praedicauerunt ubique. Dño cooperante & sermonem
confirmante sequentibus signis.

EXPLICIT EVANGELIUM SECUNDUM MARCV
INCIPIIT PROLOGVS

LUCAS SYRVS ANTIOCENSIS ARTEMEDICVS DISCIPVLVS
apostolorum. postea paulum secutus usque ad confessionem eius. serui-
ens dño sine crimine. Nam neque uxorem unquam habens. neque filios.
septuaginta & quatuor annorum obiit in bethunia. plenus spū sc̄o. Quicum
tam scripta essent euangelia. per matheum quidem in iudaea. per marcum
autem in italia. sc̄o instigante spū in achaniae partibus hoc scripsit euangelium.

Significans & iam ipse in principio ante alia esse descripta. cuius traeta v
quae ordo euangelicae dispositionis & posuit. Et maxime necessitas laboris fuit.
ut primum grecis fidelibus omni prophetae uenturi incarnati christi manifesta huma-
nitas. ne iudaicis fabulis attendi. in sololegis desiderio tenerentur. Ne uel hereticis fabu-
lis & stultis sollicitudinibus seducti & cederent aueritate elaboraret. Dehinc ut in prin-
cipio euangelii iohannis natiuitate praesumpta. cui euangelium scriberet. In quo dicitur
scriberet & indicaret. Contestans in se completa esse quae essent ab aliis inchoata. Cuius deo
post baptismum filii dei perfectione generationis in christo impleret. rependit a principio
natiuitatis humanae potestas permissa est. ut requiritur tibus demonstraret. In quo ad prehon-
dens erat per nathan filium. in totam recurrentis in diuinae generationis admisso. in dispara-
bilis dei praedicans in hominibus christum suum. perfecta opus hominis redire in se per filium
faceret. qui per dauid patrem uenientibus iter praebat in christo. Cuius lucia non in merito
& iam scribendorum apostolicorum actuum potestas in mysterio datur. ut deo in diu-
pleno. & filio proditiouis & sancto. oratione ab apostolis facta. sorte domini electionis
numerus compleretur; sicque paulus consummatione apostolicis actibus daret. quod diu-
contra stimulum recalcitrantem dominus eligisset; Quod & legentibus ac requirentibus
dominum. & si per singula & pediri a nobis utile fuerat. scienstamen quod operantem
agricolam oportet de fructibus suis sedere. Ut autem publicam curiositatem
nenon tam uolentibus dominum uideremur quam fas adientibus prodesse.

**EXPLICIT PROLOGVS SANCTI HIERONIMI
PRESBITERI**